

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema LV.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130978)

II. Pars.

Itaque cum Dauide hic sic dicendum: In me vota tua
Gratias tibi agam. Laudes retribuam, &c. Locus est de
gratitudine, de qua sapius. Et huc refer etiam nonnulla
ex sine Dispositionis proxime præcedentis.

F I N I S.

THEMA LV.

Psalm. 68. v. 20. & 21.

Deus imponit nobis onus, sed adiuvat nos iterum.

*Deus nobis Deus est ad saluandum, & Domini Dei sunt
exitus mortis.*

DISPOSITIO.

Multum in his verbis (assentiente ipso Augustino) gra-
tia Domini commendatur, quod scilicet is subinde iu-
uat & saluat. Et quis saluus, ait Augustinus, nisi ipse sana-
ret? Cum autem duo sint, quæ miseris mortales affligunt
grauissime, scilicet variæ calamitates in tota vita, & tan-
dem etiam amara mors, adeoque diuina nobis gratia o-
pus sit in vita & morte, de his egregie & distincte loquitur
Psalmes. quod in omni vita, onus humeris impostum
subleuet Dominus. 2. Quod dominus etiam à morte libe-
ret. Hæc duo iam breuiter tractabimus.

I. Pars.

1. De onere nobis imposto loquitur primum Psalmes.
Per onus quid intelligatur Paulus explicat, 2. Cor. 5. v. 4.
Dum in hoc corpore sumus, grauati sumus. Omnes intel-
liguntur calamitates, vt sunt morbi, paupertas, pericula,
contemptus, &c. Sic de se Paulus 2. Cor. 11. v. 8. supra
modum grauati eramus. Sicut enim onus grauatur corpus: ita
hæc calamitates animum & corpus simul.

Sicut Israelitæ ingemiscebant sub onere, Exod. 2. Ita
hic fit.

M

2. Cui

2. Cui imponatur hoc onus, asserit ipse David Nobis Non impius & malos intelligit, quod illis sit onus impostum in pœnam: sed de se & electis filiis Dei loquitur, adeoque de omnibus Christianis. Hi coguntur ferre talia onera, hoc est, afflictiones varias.

Et notanter, Psal. 60. v. 5. dicit populo tuo dura ostendisti. Du hast deinem Völklein hartes erzeigt. Nota: Populo tuo. Hinc Christus crucem (hoc scilicet onus) vult baiulari & portari à discipulis & credentibus, Luc. 14. v. 27. Et iustorum multa tribulationes, Psal 34. v. 20.

3. Quare autem electis Dei filiis tam graue impositum onus? Propter peccatum. At, inquis, putabam peccatum illis sublatum per Christum? Resp. Ablatum est, non vt non sit, sed vt non imputetur. Semper igitur hærent fœces peccati in renatis etiam. Ergo vt reliquæ illæ peccatorum mortificentur, crucifigantur, necesse est illos sic onerari & grauari. Man muß dem alten Hesel (dem alten Adam) wol auffladen/das; er nicht gumpet. Hier. 30. vers. 11. Castigabo te, ne tibi innocens videaris. Qui patitur in carne, cessat à peccatis, 1. Pet. 4. v. 2.

4. At quis est qui imponit illud onus? Vnde sic grauamur? A Satanâne, vel mundo, sicut illi à Pharaone: Exod. 1. v. 11. Non. Deus est, qui imponit hoc onus. Itaq; Mat. 11. v. 29. Christus, inquit, tollite *onus meum*. Und der thuts vmb des; besten willen: vt dictum est, ad mortificandum peccatum.

5. Neque verò sic premit hoc onere vt pereamus: cum sit fidelis Deus, qui ne afinum quidem sub onere perire voluit, sed peculiarem propterea le gem tulit, Exod. 23. v. 5. Ideoque mox additur: *Et iuuat iterum*. Et repetitur, Deum habemus adiutorem.

DOCTRINA. Docemur quomodo crucem & calamitates huius vitæ debeamus inuerti: *Und wo sÿr nit es sollen halten*. Est quidem onus, & debet nos grauare. Estque onus commune omnibus. At est onus Dei, non Diaboli. Et vtilissimum quidem onus: quod facit vt celsus

semus peccare. 1. Pet. 4. v. 2. ne condemnemur cum mundo
1. Cor. 11. v. 32. Ideoque Psal. 119. v. 71. Bonum est mihi.
Et ibi. v. 7. gratias ago, quod docuisti me, &c. Psalm. 119.
vers. 67: antequam humiliarer, erravi. Ideoque ferendum
patienter.

CONSOLATIO. Quia Deus non vult, nos perire
sub onere, nec ultra vires tentari, 1. Cor. 10. v. 13. non
tam graue est nobis onus. Imo leue est Matth. 11. vers. 30.
Quia ipse vult subleuare. Ich will euch treulich helffen
traagen. &c. 2. Cor. 4. v. 17. Momentanea leuitas dicitur.

Nec perpetuo debet premere ceruices nostras, Deus e-
nim Deus ad saluandum adest, qui Magister ad saluan-
dum. Esa. 63. v. 1. Nec quenquam sub hoc onere vnquam
perire vult, Esa. 41. v. 10 & 43. v. 2. & 46. v. 4. Ne timeas, ego
tecum. Tu mecum, Psal. 23. v. 4. Dummodo te habeam,
Psal. 73. v. 25. Ego reficiam, Matt. 11. Ego feram, Esa. 46.
v. 4. Ego cum ipso in tribulatione, Psal. 91. v. 15.

ADMONITIO itaque hæc etiam noranda: Ne mur-
muremus aduersus Dominum, sub his oneribus: Non
maledicamus ipsi. Quin potius cum Dauide dicamus hoc
loco, Benedictus Deus quotidie. Non culpam transfe-
ramus in Diabolum & mundum. Der Teuffel reit mich
hinden bund fornen / &c. Cogita, Deus imponit onus.
Conuertere te ad percutientem, Esa. 9. vers. 13. Ingemiscere
sane licet cum omni creatura, Rom. 8. v. 19. & suspirare ad
Deum, & ~~onere~~ vt tollatur onus. Venite qui onerati estis.
Matth. 11. v. 28. Murmurare non licet. Dicendum: porta-
bo iram Dei, quia peccaui illi, Mich. 7. v. 9. Psal. 60. v. 3.
Agnosendum quod manus Domini sit grauata super nos
vmb desß besten willen. Vt supra dictum.

Nec conemur prius excutere hoc onus, quam is tollat
à nobis, qui imposuit. Alioquin id esset calcitrare contra
stimulum.

II. Pars.

Dicat quis, audio quidem Deum iuuare operatos, at
M 2 mihi

mihî potius is videtur subinde grauius premere, cum post tot exantlatos labores, postea demum onus sequatur altero longe grauius, videlicet dira & amara mors.

Respondet Dauid: At idem Dominus, qui cætera onera tollit, etiam à morte liberat Quia Dominus Dominus est: adeoque mortis & vitæ Dominus, Rom. 14. v. 9.

1. Hic Dominus, Dominus est Iesus Christus, de cuius ascensu in cælum Psaltes hoc loco, verbis præcedentibus loquitur. Is est Dominus Deus, & Dominus homo, Ioh. 20. v. 28.

2. Liberatis à morte. **Quomodo?** Primum sic liberavit, vt mors æterna plane nullum ius possit exercere in nos. Deinde mortem corporalem sic sua etiam morte sanctificauit vt non sit mors, sed somnus, sicut ab ipso appellatur, Marth. 9. v. 24.

Loc vs. Hæc omnem mortis terrorem, qui alioquin naturaliter in omnibus hæret, & ipsa morte est grauior, excutere debent: vt iterum iterumque dicamus, benedictus Deus quotidie. Quia Deus, Deus salutis, Dominus, Dominus à morte liberans.

Quid enim mors nocebit? quid afferet incommodi. Num perdet nos? Minime.

1. Ab æterna enim morte penitus sunt liberati credentes, vt sic non moriantur, morte sc. secunda (Apoc. 21. v. 8.) imo ne quidem videant mortem, Ioh. 8. v. 51. Hoc enim præstitit, qui Dominus Dominus est, Ose. 13. 1. Corinth. 15. Ero mors tua ò mors. De mortis manu liberabo. Ioh. 14. v. 9. Ego viuo, & vos viuētis.

2. Mors corporalis adeo non mala est, vt finem omnium malorum faciat, & ad quietem nos perducat, Apoc. 14. v. 13. Etsi. 26. v. 5. 6. in fine.

Et transitum peret ad vitam, Ioh. 5. vers. 24. atque tum apparebit, nos non fuisse mortuos, sed dormiuisse, cum sumus euigilaturi, Psalm. 3. v. 9. & 17. v. 15. Etsi. 26. v. 19. Et cætera.

F I N I S.

THE.